

in liberos velut hereditarius quidam morbus derivatur: Et actuale, quod quotidie ab hominibus perpetratur.

1 2 Utrumque variè distingui solet. Quamvis a. non omnia peccata sint paria: omnia tamen ex suapte natura mortalia: Ecclesiae verò Christi, hoc est verè fidelibus, in Jesu Christo venialia. Sanguis enim Christi contra venenum peccati, est præsentissimum *ἀντίδοτον α,*

4, 1. Ioh. I, v.  
7. & cap. 2.  
v. 2.

## L O C U S V.

De

### *Viribus Ecclesiae.*

**S**ic etiam diximus de Ecclesiae militantis hostibus: sequitur porrò ut dicamus de ejusdem viribus.

Aphor.  
I.

2 Vires Ecclesiae facilè deprehenduntur, si imago Dei in homine, & hominis arbitrium considerabitur.

3 Imago Dei in homine est præstantia, qua homo Deo creatori est similis, ac omnibus aliis visibilibus creaturis antecellit. Hæc integrè & perfectè ante lapsum in protoplastis lucebat.

4 Post lapsum imago Dei consideratur in homine, vel quatenus natura hominis